

EBERHARDVS DVX ALEMANNIAE.



**E**Berhardus ex regio Francorū sanguine oriun-  
dus, à suo cognato Etticōe dux superioris A-  
lemāniæ cōstitutus fuit. Erat enim multis uirtutib.  
et insigni pietate p̄ditus. Habitabat is in arce Eges-  
heim Alsatię, atq; magna gloria suam ditionem ad  
ministrabat. Viuebat autē is in cœlibatu, atq; hoc  
modo factum, ut nulos liberos relinqueret. Cum  
autem diu rebus præfuisset, atq; tandem uisum suū  
ob diligentiam sacrarum literarum, & aliorum li-  
brorum lectionem amisiisset, ex suis bonis celebre  
illud Murbacenſe monasterium (quod primo Vi-  
uarium peregrinorum dictum fuit) fundauit, atq;  
id plurimis oppidis, pagis & prædijs donauit. Vbi  
etiam postea partem aliquam uitæ consumpsit, & mortuus quiescit. Monst.  
lib.3. Germaniæ.